



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

[Incipit prologus in librum quartum.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Policratici de Curialiū nugis.

statis: nullū grauius est eo/ quod aduersum ipsum corpus iustitie exercetur. Tyrānus ergo nō modo publicū crimen/ sed si fieri posset plusq̄ publicum est. Si enim crimen maiestatis omnes persecutores admittit/ q̄tomagis illā quod leges premit: que ip[s]is debent imperatoribus imperare? Certe hostem publicū nemo vlascitur/ & quisquis eum non persequitur in seipsum & in totum reipublice mundane corpus delinquit.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit prologus in librum quartum.



ARdua quidem res est p[ro]fessio veritatis/ & que incurfantibus errorum tenebris: aut negligētia profitentis frequentissime vitatur. Quid enim verum sit: quis recte examinat rebus incognitis? Notitia autem rerum eo q̄ vias nō dirigit contemptoris: iustitie aculeos exacerbabat in penam delinquentis. Est ergo primus philosophandi gradus/ genera rerum: proprietatesq̄ discutere: vt quid in singulis verum sit prudenter agnoscat. Secundus vt quisq̄ id veritatis quod ei illuxerit fideliter assequatur. Hec autem philosophantium strata illi soli peruia est/ qui de regno vanitatis proclamat in libertatem qua liberi fiunt quos veritas liberavit: & spiritui seruientes colla iugo iniquitatis & iniustitie subdixerunt. Vbi enim est spiritus dei/ ibi libertas: metusq̄ seruilis vitiiq̄ consentiens exterminator spiritus sancti est. Porro spiritus est: qui loquitur veritatē in conspectu principum: nec erubescit/ & pauperes spiritu regib⁹ a teponit aut equat: & quos sibi fecerit coherere/ docet scire loqui/ & facere veritatem. Qui vero veritatem non vult audire vel loqui: a spiritu veritatis alienus est. Sed hec hactenus/ nunc in quo tyrannus differt a principe audiamus.

¶ I. Corin. iij.

¶ Explicit prologus libri quarti.

¶ Incipit liber quartus.